

www.e-rara.ch

Sebastiani Castellionis Dialogi IIII

Châteillon, Sébastien

Aresdorfii [i.e. Basel], 1578

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-32621>

Sebastiani Castellionis de calumina. lib. [81-130]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

& oculos longius intendat quàm extenditur digitus indicantis? O cæce & tuæ salutis hostis Munde, qui tibi eos indicari non pateris, qui te perdunt, qui eos præsidio tuo stipas qui te deuorant, & seruatores tuos eis occidendos tradis. Væ, væ, væ tibi, qui odio Christi Cæsare vnum regem agnoscas. Erit, erit tibi rex Cæsar, & quem vltro regem postulas, eundem depellere postea frustra voles.

Transitus ad nostrum seculum, quod quidem sit omnium sceleratissimum. Cap. XI.

IAm quæ Christo capiti acciderunt, eadem eius membris & hætenus accidisse videmus, & deinceps vsuuentura credere debemus, quamdiu durabit hic mûdi status. Sic enim prædictum est ab ipso. *Non est discipulus supra magistrum. Ioh. 15.* Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si meam orationem seruauerint, & vestram seruabunt. Et sanè eadem causæ manent vtrobique. Quandiù enim homines erunt auari, luxuriosi, ambitiosi, tandiù eos oderunt & infestabunt qui ijs vitijs

- aduersabuntur. quod certè faciēt omnes imitatores Christi. Itaq; abesse non potest, quin quod dixit Paulus, omnes qui in Christo Iesu piè viuere volent, persecutionem patiantur. fore aut vltima huius seculi tempora, & ratio docet, & oracula, & experiētia. Ratio est ea quā supra demonstrauim⁹, q̄ omnia à paruis initijs ducta origine, crescent ad perfectionē. in quo genere est & iniustitia. Oracula sūt & alia multa, & hæc in primis. Prædicat Angelus Esdræ, tuturum vt iniustitia sit maior ea, quam tum videbat Esdras, aut quam iam olim audiuerat. Prædicat & Christus fore, vt vltimis temporibus frigeat charitas, & abundant scelera, vtq; cū veniet filius hominis, non inueniat fidē in terra. Quid Paulus? Illud scito, inquit, extremò difficilia fore tēpora, erūt. n. homines sui amātes, auari, arrogātes, superbi, maledici, in parētes cōtumaces, ingrati, irreligiosi, inhumani, fœdissimi, calūniatores, intemperātes, inimici, virtutis inimici, proditores, temerarij, inflati, cæci, et voluptatis magis quā dei amātes, pietatis speciē habētes, sed qui eī vim abnegauerint. De experiētia qd multa dicā testor vos, o homines sexagenarij aut septuagenarij, vbivbi degitis, an nō sit

vestra etate tāta in deteri⁹ facta hominū
mutatio, quantā vis credi potest? Ebriofī
tas, perfidia, mēdacitas, auaritia, luxus, e-
macitas, impudētia, vitæ licētia, audacia,
cōtēptus dei, blasphemix, omnia deniq;
flagitia ita breui tēpore creuerūt, vt quæ
ante quadraginta annos in barbatis viris
mōstrofa & intolerabilia habebantur, ea
hodie pueris sint quotidiana, vt interim
taceam de puellis, quarum est hodie ea
inuerecundia, ne dicam impudentia, vt
possint ipsos etiā viros (nisi sint ipsi quo
q; admodū impudētes) pudefacere. neq;
verò ad hæc demōstranda mihi lōgè con-
quirendi sunt testes. Sūt hæc ita palā no-
ta, vt si qs neget, hoc ipso sit ipsemet mi-
hi huiusce rei testis satis locuples, q; ea
negare audeat, q̄ negare nō nisi summæ
est impudentiæ. Neq; quisquā hic obij-
ciat, hæc eadem vitia etiā olim viguisse,
quēadmodū habetur in historijs. Sciebat
hoc Paulus, qui continuò post illa quæ
modo allegauimus verba, ita scribat: *Hor-
tu auersare. Ex his autem sunt qui in domos
sefe insinuāt, captinas q; reddūt mulierculas
&c.* Videbat videlicet iam tum tales esse
homines: sed præuidebat fore tamen de-
teriores. Est enim iniustitia quasi arbor

quædam prægrandis, quam videntes dicunt esse maximam: eadem tamen viuunt adhuc totos sæpe centum annos, continenter crescens, sed homines quo maius non viderunt, id fere putant maximum. Sic erat illo etiam tempore iniustitia, sænè permagna, sed futura maior. Fateor equidem fuisse certos vel populos, vel homines, quorum iniustitia videtur ad summum peruenisse, cuiusmodi commemorantur Sodomitæ, Neronæ, Heliogabali, Caracallæ, & huius generis monstra, sed hodie inualuit serpsitque malum ut gangrena, & omnia totius mundi membra occupauit, ut iam à vertice ad talos nihil sani sit in toto corpore.

*Quam grauiter peccetur in non
obseruandis temporum ætatibus. Cap. XII.*

Est autem prudentior suum quemque tempus obseruare, stultitiei non obleruare. Doceant nos vel agricolæ, qui quando sulcanda tellus, quando iteranda, quando ferendum sit aut metendum diligenter obseruant: vel Nautæ, qui ventorum

torum tempora & tempestates sollicitè animaduertunt, ne occasiones prætermittant. Ipsæ denique bestię nobis documento sunt, ciconiæ, hirundines, grues, apes, formicæ norunt sua tempora, & eorum occasionem arripiendo euitant futura mala. At is qui se Dei populum, solum quę sapientem vult haberi, solus ita desipit, itaque stultus est, ut semper præteritum tempus hians obseruet, & ab eo pendeat, cum iam serum est: præsentis verò vel futuri (in quorum occasione sita salus est) proflus immemor esse videatur. Israelitę Abrahamum iam præteritum in summo precio habuerunt: Mosem præsentem sæpè lapidare voluerunt eundem postea vita defunctum grauitè defleuerunt. Idem postea Esaiam, Ieremiam, cæterosque vates viuos vel contempserunt, vel etiam occiderunt: eosdè mortuos postea coluerunt. Idem Christum tandem ab illis (quos à maioribus suis occisos ipsi colebant, eorum quę sepulchra ornabant) prænunciatum, occiderunt, idemque eius post eum apostolis & discipulis fecerunt. Quinam verò illis successerunt? nos videlicet, qui illis ex Abraham caudice desertis, in eum insiti

fuimus. Caueamus igitur ne illorū non
 tam iusticiæ, quàm stultitiæ, vel potius
 amentitiæ, successores simus & hæredes.
 Cum aduersus illos verba fiunt, cum il-
 lorum in Christum & apostolos iniusti-
 tia & calumniæ verbis aut scriptis agitan-
 tur & taxantur, gaudemus, & huiusmodi
 inuectiuis valde fauemus, illosq; detesta-
 mur, qui iustos occiderint, neq; tempus
 suum obseruauerint, illorumq; tam diu-
 tina calamitate, quam post & ob Christi
 peremptum patiūtur, lætamur, & eis me-
 ritò accidere dicimus. Ita que Christum
 & apostolos, cæteros quæ martyres, vene-
 ramur, & eis templa construimus: quod
 quid est aliud quàm cum Iudæis dicere:
 Si fuissetis tempore maiorum nostro-
 rum, non fuissetis eorum socij in iusto-
 rum sanguine hauriendo? Ita fit (quod
 iam diximus) vt homines à præterito tē-
 pore pendeant, præteritam quæ virtutem
 extollentes superiorum peccata vitupe-
 rent; iidem præsentem virtutem insectan-
 tes, & odio habentes, præsentis vitia am-
 plexentur. Et quidem manifesta causa
 est: nam præterita virtus neminem mor-
 det: sicut sol hesternus neminemurit, at
 præseus mordet, ideoq; fugitur. Atq; hic
 acci-

accidit (et quæso te lector, rumina quæ iam dicturus sum, diligenter) quod exprobrat Israelitas apud Ezechielé Deus. Ostēdit illic vati circiter vigintiquinq; homines qui dorsis cellæ templi Domini obuersis solem adorabant versus ortum. Erat hoc contra Dei institutum, qui templum ita construendū curauerat, vt ab ortu solis esset ingressus ad occasum, vt qui ibi Deum adorarent, ij ad occasum conuersi adorarent. At illi supra Deum sapere volentes, orientem spectabant. hoc enim videtur humanæ prudentiæ rationi quæ; conuenientius. Iam quod illi faciebant, idē facit vulgo cunctus populus nominis Christiani, tum secundum carnem, tum secundum spiritum. Nam & secundum carnem omnia Christianorū templa (nisi sicubi fortè loci natura impediuit) spectant occidentem: & secundum spiritum (quoniam est omnium rerum carnaliū cum spiritualibus mirabilis quædā, Deo ita dispensante, similitudo atq; congruentia) spectant semper præteritam iusticiā, cum ad futuram conuerti nos & tendere oporteat. Est enim iusticia quasi quædā sol, quod longius species fertur, eo sit maior, donec tandē in occasu, hoc est vltimis tē

Eze. 8.

*Christiani
deum, ori
entem ver
sus, præpo
sere ado
rant.*

poribus (sicut à vatibus prædictum est) perficiatur. Igitur si Israelitas rogas, Mo-
 sis tempore, quinam fuerint iusti, respon-
 debūt, Abrahamum, Isaacum, Iacobum:
 Mosē quidem prætermittent, aut eti-
 am lapidare volent. Et si porro eosdem
 Samuelis seculo roges, quinam fuerint
 iusti, respondebunt Abrahamum, Isaac-
 cum, Iacobum, Mosē, Iosua. atque i-
 ta deinceps, donec venias ad Christi se-
 culum: quo si Iudeos roges, quinam fue-
 runt iusti, respondebūt illos fuisse quos
 diximus, & alios maiores suos: Christum
 quidem & eius apostolos tantum aberit
 ut in illorum numero ponant, ut eos eti-
 am inter latrones crucifigant. Atque idē
 error est etiam in iniustitia: quoniam cō-
 trariorum eadem est ratio. Nam semper
 posteriores accusarunt priorum iniusti-
 tiam, & eandem tamen imitati sunt.
 Quod cum ita in orientē spectent Chri-
 stiani, more gentilium (nam gentilium
 templa in orientem erant conuersa) & ta-
 men in occasum ferantur omnia, nō mi-
 rum est, si retro gradientes impingunt,
 ut cæci in meridie: neque enim in
 tergo dedit eis natura o-
 culos.

*Mundum esse cæcum.**Cap. XIII.*

NVnc vos interrogat, o principes, & magistratus, & populi, quicunque ubicunque estis, qui homines propter Christianam religionem occiditis, interrogat, inquam, vos veritas, utrum sitis Christiani? Respondebitis, esse vos Christianos: neque enim alios hoc nomine occideretis, nisi vobis Christianorum nomen vendicaretis. Quæret porro veritas, an non sitis ambitiosi, avari, luxuriosi, & voluptatum amantes, sicuti fuerunt Iudæi qui Christum crucifixerunt? Vos, credo, fatebimini vos esse tales. Nam si negabitis, sic examinabit unumquemque vestrum veritas. Tu rex, tu imperator, tu Dux, tu Comes, tu Marchio, tu Consul, tu senator, tu plebeiæ Iohannes, tu etiam Guillelme, Ludouice, quisquis es, quocunque statu aut nomine es, hæc tibi nominatim dici putato; non recordaris quando & quomodo uxorem vicini tui, aut hospitis stupraueris, quomodo fratrem tuum pecunia fraudaueris, ut aduersus illum, aut illum falsum testimonium di-

xeris. Veniat tibi in memoriã quomodo
magistratum aut principatum per corru-
ptelam coeptus fueris, quomodo iudicē
tot ducatis cecaueris, quomodo veritatis
testes dolo amandaueris, falsos suborna-
ueris, quomodo ad vomitum vsq;, come-
deris aut potaueris, quando totam noctē
alea traduxeris, quomodo damnum aut
mortē alterius molitus fueris, quomodo
mortem vxoris optaueris, vt aliã ducere
posses, quomodo emptores deceperis,
quomodo vinū aqua corruperis, quomo-
do ostēsa bona merce, malā supposueris.
Deniq; examina tua dicta, facta cogitata
omnia; coget te ipsa veritas in animo tuo
loquēs dicere. Ego sum tot⁹ impur⁹ a ver-
tice ad talos vsq;. Quod si impuri estis, o
fili hominū, necesse est vt cōfiteamini vos
etiā cæcos esse. Peccato. n. cecatur animi,
nō secus ac corporis oculi luto, si eo illi-
nātur. Quod si vos cæcos esse negatis, eo
ceciores estis, qui cecitatē vestrā non sen-
tiatis, quā equidē possem multis exēplis
demōstrare, sed in p̄sentia duob. cōtētus
erō, ita crassis & aptis, vt quāuis cecissimū
tamē hæc nō videre nō possitis. Primum
erit id q̄ modo diximus, quod cū tēpla
vestra ad Ierosolymitanī exēplū cōstructa
vide-

videri velitis, tñ omnia spectant occidētē
 vt sint illi planē contraria. Alterū est q̄ in
 iisdem templis mortuos vestros sepelitis;
 quo qd cogitari potest absurdus, aut à re-
 cta religione alienius? Templū voluit De-
 us esse mundissimum, ideoq; sacrarium
 appellauit. mortuos verò vsque adeo im-
 mūdos iudicauit, vt si quis vel tetigisset
 mortuum, ei nefas esse voluerit in tēplū
 intrare, nisi prius expiato. Vos mortuos
 vestros in templo sepelitis, & quidē quo
 locupletior, hoc est impurior est (quotus
 eum quisq; diuitum sanctus est?) eo pro-
 pius ad summā arā sepeliatur, vt intelli-
 gatur tēpla vestra, tēpla esse mortuorū. &
 deū vestrū, deū esse mortuorū. Et postea
 Iudæos cēcos clamare audetis? cū Iudæi
 ipsi istā cēcitatem vestram videāt & dete-
 stentur. Neq; vero hæc ideo dico, quòd
 quicquā referre arbitrer (modo quis in-
 telligat qd sit adorare deū in spiritu & ve-
 ritate) utrū ad orientē an ad occidētē ver-
 so corpore adores, aut qua in terra mor-
 tuos sepelias (Domini est terra, & quicquid
 ea cōtinetur) sed vos cū locorū regionūq;
 discrimen habeatis, & tamē hæc tā crassa,
 tam vniuersa, tam quotidiana ignoretis
 (quis enim hæc animaduertit?) quis vos

(nisi cæcus) credat scire res occultiores? aut vestro de rebus diuinis iudicio confidat? Et si cæci estis (vt certè estis) qua audacia audetis eos ad mortem damnare, qui Christi nomen confitentur? quis vos religionis causas docuit, à qua estis alienissimi?

*Homines literatos semper restitisse
veritati. Cap. XVIII.*

Respondebitis, credo, vos non ista iudicio vestro facere, sed literatorum, qui vos doceant, quinam sint interficiendi. Et sanè ita est. Video enim literatos vestros vobis præscribere ne quem, nisi ex ipsorum iudicio, in causa religionis occidere audeatis. Age igitur, videamus quales sint isti, & quam iustis de causis vobis ista suadeant. Neque verò nescio quā periculosum sit hoc genus hominū aggredi. Sed tantū est veritas studiumq; ignaros inuandi: adde quod non inuenimur in bonos, quales sunt eorum non nulli, qui tantum aberit vt nos hoc nomine oderint, vt etiam vltro faueant, & hoc studium promouere studeant. In crudeles illos & sanguinarios loquimur qui

semper veritati repugnauerunt. hos detegimus, horum fraudes in lucē proferremolimus, vt incauti cautionem discant, admonitiq; caueant.

Igitur primum omnium illud perspicuum est, homines literatos semper restitisse veritati populisque fuisse perniciosos. Testes sunt Aegyptij, Ioannes & Membres, qui Mosi repugnarunt. Item *2. Tim. 3.* que Chaldæi, in quos inuehitur Esaias *Esa. 47.* his verbis: *Euenient tibi* (Babylonem alloquitur) *hac duo repente eodem die, orbitas & viduitas, & plenè euenient, ob tuas tot prestigias, ob astrologiæ tuæ tãtam vim, quæ ista improbitate freta negas te conspici: quæ (ua ista sapientia ac scientia te peruertente) cogitas cum animo tuo te eam esse præter quam nulla sit. Atqui eueniet tibi malum cuius ortum ignorabis: accidet tibi calamitas, quam non poteris auerruncare: eueniet de improviso tibi nec opinanti vastitas. Sta quæso, cum astrologia tua, cumque istis tot prestigijs, in quibus à pueritia elaborasti, si quid possis proficere, & præ multitudine cõsiliorum tuorum fatigata corroborari. Ad sint sanè, teque defendât cæli ventilatores, contemplatores siderum, ex nouis lunis diuinantes, à iuis futuris casibus. Hæc Esaias,*

ex quibus manifestè liquet, Babylonis
perniciem eius sapientibus doctisq; ac-
ceptam ferri. Quid dicam de Scribis &
Pharisæis? qui quā pertinaciter Christo
repugnauerint, quis ignorat? vsq; ad eū vt
eum populus ipse Deum ob Christi mi-
racula collaudaret, illi eius factum tribu-
erent Beelzebuli, & alicubi sic loqueren-

Ioan. 7. tur: Num quis primariorū aut Phariseorū

Matth. 21. credit in eum? At ista plebs ignara legis, ex-
crabiles sunt. Quid quod Christo sic eos

obiurgat? Publicani et meretrices præcedēt

vos in regnū Dei. Ipse Paulus quā acer est

in eos? Infatuauit Dominus sapientiā sapiē-

tū. &c. Scit Dominus sapiētium cogitationes

esse vanas. Denique legat qui volet dili-

genter tria prima capita prioris ad Corin-

1. Cor. 1. et thios, ibi videbit quid sentiat spiritus de-

3. sapientibus huius mundi tum Iudæis tū

gētilibus. Quæ cum ita sint, o principes

& populi, caute ne vos decipiat authori-

tas sapientium.

Quæritur an sint hodie in ecclesia

Scribæ & Pharisei.

Cap. XV.

H Oc loco fortiter reclamabunt do-
cti: vociferabuntur nō esse se illorū
simi-

similes. nec ego sanè in eos loquor q̄ sūt
 illorū dissimiles: sed in eos qui illos imi-
 tantur, persequando pios. Atq; vt res ap-
 tius intelligatur, quærit ex vobis veritas,
 suntne ecclesię vestrę Christianę? Sunt.
 Estne in eis pars maior impiorum quam
 piorum? Est. Hoc enim non solum faten-
 tur magistri vestri, verum etiam scribūt,
 & ipsa res nimis palam loquitur. Suntne
 etiā inter eos malos Scribæ & Pharisei?
 Quid respōdetis? Nā si esse negabitis, mi-
 rabimur eam ecclesiam quę plus impio-
 rū habeat quam piorū, & quę Iudæorū
 ecclesię successerit, seq; solam ecclesiam
 esse iactet, immunē esse à Scribis & Pha-
 riseis, præsertim cū ij nulquā nisi in ec-
 clesia locum habere possint. Sin sunt (vt
 certè sunt, quemadmodum ostendem⁹)
 cauete vobis à Scribis & Phariseis, cōsilia-
 rijs vestris. Atq; vt intelligam⁹ an sint, de
 scribam⁹ primū illorū naturā, deinde no-
 stros cū illis conferamus, vt ex collatiōe
 res elucescat. Sed hoc loco iterū testor me
 nō aduersus oēs doctos loq; neq; n. sunt
 oēs mali, quēadmodum neq; Christ⁹ lo-
 quebat aduers⁹ oēs, cū diceret: Væ vobis
 Scribæ & Pharisei hypocritę, sed aduer-
 s⁹ malos & hypocritas. Nos igit aduersus

malos & hypocritas loquimur, qui calumnijs fraudibusque suis principes & populos impellunt ad occidendos eos qui non sunt occidendi. Qui insontes sunt, ij hæc dici facile patientur. Qui verò non patientur, sed aduersus hoc scriptum reclamabunt, ij hoc ipso se fontes esse prodent, nec vllò testimonio aut argumento magis conuinci poterunt, quàm quod hæc in improbos scribi ægrè feret.

*Collatio scribarum & Phariseorum
nostri temporis cum antiquis.*

Cap. XVI.

PRimum omnium illi in cathedra Moſis ſedebant, & tamen Moſi non obediebant: clauem regni cœlorum habebant, nec ipſi intrabant, nec alios intrare ſinebant. quid rectum eſſet, ſciebant & docebant, ſed facere neque volebant ipſi, neque alios ſinebant. Hoc loco venit mihi in mentem memorabile quiddam quod de Athenienſibus & Lacedæmoniſibus narratur. Erant Lacedæmones homines ſeueri, & literis non expoliti. Athenienſes contrà, homines erant vrbani, literati, & humanis diſciplinis addiſſimi.

mi. Igitur de ijs memorix proditum est, cum Athenis, ludis, quidam in theatrum grandis natu venisset, in magno confes- *Ele. in Ca-*
 su locum ei à suis ciuibus nusquam da- *tone Mo.*
 tum. Cum autem ad Lacedæmonios ac-
 cessisset, qui cum legati essent, in loco cer-
 to confederant, consurrexisse omnes illi
 dicuntur, & senem illum sessum recepisse.
 Quibus cum à cuncto confessu plau-
 sus esset multiplex datus, dixisse ex ijs
 quendam, Athenienses scire quæ recta
 essent, sed facere nolle. Hæc narrantur,
 ex quib. perspicuum fit etiam apud gē-
 tiles, eam gentem quæ scientiæ plurimū
 habuit, minimum habuisse iusticiæ.

Conferamus nunc nostros, inuenie-
 mus similes. Sedent in cathedra Chri-
 sti: habent clauēs regni cœlorum: soli e-
 nim doctores esse volunt, neq; cuiquam
 (nisi quē ipsi instituerint atq; miserint)
 docere permittunt. Hinc fit, vt si quis vi-
 am salutis melius nouerit & docere pos-
 sit quàm ipsi, is nullam habeat audienti-
 am, ideoq; non possint homines ad Dei
 regnum perducī. Ipsi interea an intrent,
 iudicent qui nouerunt eos, certè auaros
 esse, & voluptatibus deditos, & supra mor-
 tales omnes ambitiosos, notius vulgo est,

quàm vt multis ad id demonstrandum
verbis opus esse putet. Illi camelum de-
uorabant, culicem percolabant. hoc est
paruula parata pro maximis, maxima
pro minimis habebant, mente & cumi-
ni decimas non dare facinus iudicabāt.
sed quod immisericordes & impij erant
parui ducebant. In prætorium hominis
Romani hoc est profani, intrare, aut pre-
cium sanguinis in Corbonam injicere
erat eis religio: sed ipsum infantis san-
guinem per calumnias haurire, parui pē-
debant. Apud hos quoq; si quis cōciones
aut sacramenta parum diligenter frequē-
tat, si doctores interdum inscitie damnat
etiam si verè id faciat, aut si eos parum di-
ligenter visit & colit, aut si in eorum cate-
chismos iurare, eorum quæ fidei confes-
siones per omnia approbare renuit, aut
si cum eorū aduersarijs colloqui, aut eos
Paulo familiarib. affari, aut laudare au-
det, ijs putre Christi mēbrū iudicatur, tã
quam qui in Spiritū S. peccauerit. At si
quis avarus est, scurra, mēdax, assentator
maledicus, gloriosus, modo in illis non
peccet quæ modo enumerauim⁹, præser-
tim si magistros nostros colat, & sæpè cō-
uijs excipiat, is fidelis, is elect⁹, is Chri-
sti

fti membrū habet. vitia illa sunt nœuus,
 homines sumus, ita excusatur. Hoc loco
 suspicabitur fortassis aliquis me rē nimis
 exaggerare, & calumniatores reprehē-
 dentem, calumniari. Sed ego te, o æterna
 dei filia veritas, testor hęc ita esse, & hęc
 me certò scire, id quod mihi facilè confi-
 tebitur qui illos nouerit. Editus est libel-
 lus, in quo hęc verba sunt: Scire conuenit
 quædam esse vitia, quæ si in aliquo ministro
 deprehenduntur, statim à functione amoue-
 ri debet, cuiusmodi est hæresis, papismus, schi-
 sma, blasphemia, periuriū, fornicatio, furtis
 ebrietas, vsura, pugna, illiberalis ludus, vi a-
 leæ, chartæ et id genus alia. Alia verò sunt e-
 iusmodi, vi licet permitti nō debēt, tolerari ta-
 mē aliqua ex parte possūt, modo admonitus
 ex tempore resipiscat, vi pote ratio tractādi scri-
 pturas curiosa magis quā vtilis, frivola item
 quæstiones, negligentia tam in concionibus
 quam in reliquis studijs ac rebus suis, vrbani-
 tas, scurrilis, adulatio, mēdaciū, obreftatio
 facetia, obscenitas, fraud, auaritia, ioci, scōma-
 ra, luxus circavestitū gestū aut alias actiōes.
 Hęc sunt illorum verba, in quib. apparet
 apud eos grauius peccatum esse non di-
 cam iam furtum, ebrietatem, vsuram, sed
 atq; chartarūq; ludū, quā scurrilitatē, adu-

lationem, mendacium, obrectationem, obscenitatem, fraudem, & radicem omnium malorum auaritiam. Neque verò miror quòd ita sentiant, cum eorum vita sit talis, & ea quisque vitia parua ducat, in quibus non ita inuitus versetur. Nam apud eos scio scurilitatem, adulationem, mendacium, obrectationem, obscenitatem, fraudem, auaritiam pro paruis vitijs haberi, & quotidiana esse. Sed quòd hæc etiam literis prodiderunt, nequeo satis cæcitatem tantam mirari, nisi quòd hoc dei prouidentia factum videtur, vt totus mundus videat eos esse qui culices chartarum & aleæ percolunt, & camelos scurilitatis, auaritiæ, & cæteros deuorent. nunc, o cæce munde, & istis de rebus obscuris ignotisq̃ue crede, qui in rebus tam apertis tam turpiter publice hallucinentur. Et tamen vix credibile est, neminem esse inter eos qui hæc viderit: sed si qui vident, dicere non audent, metu Scribarum & Phariseorum: vsque adeo irritabile etiam sæuum est genus illud hominum.

Erant Scribæ & Pharisei vindictæ cupidi. Quid hi? Si quis eos offendit, irreconciliabile est odium. verbis, libris,

thoritate, priuatim, publicè toto orbe e-
um infestant & persequuntur pertina-
cissimè. sæpe etiam post mortem, adeo
vt ipsos principes offendere sæpe sit tu-
tius, quàm istos crabrones. vt sæpe mul-
tos penè ad desperationem adegerint,
quod nusquam tuti esse possent, neque
vllos homines inuenirent, qui vel merci-
monia cum eis contrahere vel vellent
vel auderent. vsque adeo nemo ferè est,
qui istos homines non aut adoret, aut
reformidet. Quòd si quis hæc non cre-
dit (tametsi nemo, credo, erit qui non
credat, cui quidem illi noti sint) sed ta-
men si quis erit qui non credat, obseruet
quid illi facturi sint aduersus hunc ipsum
libellum (si fortè author ipse eorum ma-
nus euadere poterit) aut etiam aduer-
sus eos qui hunc libellum habere aut
distrahare ausi fuerint. facilè ostendent
quam vera ego dicam: nec metuo ne me
refellent. & tamen vtinam ita mites re-
pente fiant, vt ego mentitus videar. Sed
hoc optare quam sperare facilius pos-
sum.

Erant illi potentium amici atque cul-
tores: inopes quidem & pauperes non
magno precio habebant. An nostri eadè

faciant, quid opus est multis verbis? sciunt omnes.

Rom. 14.

1. Cor. 8.

Illi dei præcepta suis institutis irrita reddebant. Hi faciunt eadem. Præcepit enim deus voce Pauli, ne quis quicquam faciat contra conscientiam suam, hoc est contra quam rectum esse putet. nõ quis alterum ad faciendum impellat vel exemplo suo. Itaq; si vescendo carne in causa sis, ut alter dubitans an liceat, tamen vescatur, peccas. At isti non iam exemplo, sed (quod longè deterius est) vinculis, exilijs, maledictis, infamia impellunt homines ad peccandum. Si quis enim in eorum doctrinam iurare nolit, aut in damnationem mortemvè alicuius, quem ipsi oderint, consentire renuat; hunc ita inclementer vexant; torquent, exagitant ut multi metu, contra animi sui sententiam illis assentiantur, atq; ita conscientiam suam labefactent.

Math. 2.

Illi quærensi Herodi vbinam nasciturus esset rex Iudæorum, responderunt Bethlehemæ, quippe cum ita haberetur in literis, quarum erant illi ministri. Sed ipsi Bethlehemam non ideo iuerunt. Ita hi si quæras qualis vita sit hominis Christiani, respondent eam esse sanctam, summam

pau-

pauperē, calamitosam in hoc seculo. sed ad eam pauperiem atq; calamitatē multum abest vt se summittere velint.

Illi onera intolerabilia aliorum humeris imponebant, quæ ipsi ne digito quidem attingebant. Hi quoq; alios ad patriam, parētes, natos, facultates relinquēdas, aut ad mortem pro Christi nomine oppetendā impellūt, & æternā poenā, nisi id fiat, minātur, cū ipsi ne irā quidē, aut ambitionē suā, pro Christo velint relinquere. *Matth. 23*

Illi terras & maria pererrabant, vt aliquem in Iudaismum possent pertrahere quem deinde redderent duplo gehenna digniorem quam essēt ipsi. Hi homines in suas ecclesias, missis & libris & hominibus, ex omnibus vndiq; terris pellēciunt, quos deinde eodem fastu & arrogātia, eadēq; avaritia & peruicācia repleant, qua sunt ipsi præditi.

Illi cum populus Christo faueret, eum *Matth. 23* sapere non sinebant, sed ita peruertebāt, vt quem paulo ante, rectē sentientes, cū applausu illo, *Hosanna* exceperant, eundem mox crudeli illa voce, *Crucifige*, ad patibulum deposcerent. Hi si quem malus etiam populus, propter morū probitatē, & in cōtrahendis negocijs fidē laudat

& amat, hæreseos propter aliquas cæremonias aut opiniones accusant, & ita denigrant atque traducunt, vt homines cū illo rem habuisse, sibi piaculare ducant. Et si quis cum aliquo homine pio, sed illis inuiso collocutus, & eius oratione delectatus, ad illos refert, illi pium illum hæreticum & impostorem appellantes, ita deformant, vt miser ille, eorum auctoritati plus credens quàm sensui suo, cupiat quicquid verborum à pio illo audiuit, si fieri possit, euomere.

Illi propemodum soli Christum persequiebantur, accusabant, & alios summa diligentia in eius necem incitabant. Hi faciunt idem. nam persecutiones nullæ ferè in causis fidei existunt nisi istis auctoribus. id quod mihi omnium conscientia, qui eis in huiusmodi persecutionibus inseruiunt, facilè attestabitur.

Illi & omnes inter sese (quamuis alioquin dissidentes) consentiebant, & cū inimicis etiam, vel potius cum ijs quos impios iudicabant, videlicet cum Romanis, conspirare non dubitabant, dum modo Christum de medio tollere liceret. Hi quoque, licet inter sese discordes (vix enim

enim tres inter eos inuenias qui sint omnibus in rebus concordēs (id quod & populi, & eorum libri facillè fatebuntur); tamen in persecutionibus & secum ipsi, & cum ijs etiam sectis, quas alioquin pro hæreticis habent, & cum principibus & magistratibus, quos alioquin iniustitiæ accusare solent, denique cum omnibus conspirant, dum sanguinem effundere liceat, sed aliena manu, quoniam nobis (inquiunt) non licet occidere quenquam.

Illi Barrabam latronem liberari postulabant, quò Christus periret. Hi quoque sæpe adulteris, cæteris quæ facinorosis veniam postulant, eosque summa arte defendunt & excusant: pios verè ad necem incredibili improbitate deposcunt, quando accidit ut alicuius principis primo in aliquam urbem aduentu liberentur (ut fieri solet) facinorosi, eos qui propter religionem in vinculis habentur, de medio summouent, ne sit eis principis gratia salutaris, quod quidem nihil aliud est quàm animas occidere non occidendas, & vitam dare non vita dignis.

Illi Rabbi vocari amabant, sibi quæ *Matth. 23.*

docendi potestatem vendicabant. Quid
 hi? qui si Christus ipse veniat, nunquam
 ei suggestum conscendere permetterent
 nisi sit ab ipsorum ordine vocatus, & nisi
 tres illas linguas, quæ Christum cruci-
 fixerant, videlicet Latinam, Græcam,
 & Hebraicam calleat, aut saltem Lati-
 nam, quoniam eius linguæ, hoc est gētis
 Romanæ, fuit in crucifigendo Christo
 primaria potestas. Itaq; Latinæ linguæ
 (quasi hoc velint, quamuis ignorātes, di-
 cere, non habemus regem nisi Cæsarem
 Latinum, tantum tribuūt, vt populos do-
 cere non nisi Latinè peritis permittāt, &
 ad reformandos populos deligāt ex scho-
 lis suis adolescentes plerunq; improbi-
 mos, hoc solo nomine quia latinè sciant,
 & quia nescio quas artes, quas humanas
 (& verè humanas, neq; enim diuinæ sūt)
 appellant, didicerint. Hi soli digni habē-
 tur qui de Christo doceant. Quid de ho-
 norum titulis loquar? si istos vel scripto
 vel ore alloquar, nisi bonam orationis
 partem, præsertim frontem, honorarijs
 titulis referferis, grauiter peccaueris. De
 superiorum quidem seculorum sanctis
 viris Noa, Abrahamo, Mose, Elia, & cæte-
 ris: quid dico de viris? de Deo ipso contē-
 ptim

ptim & nulla honoris præfatione loqui,
apud istos nõ habetur vitiosum: at de ma-
gistris nostris, præsertim adhuc viuenti-
bus, (quoniam viuentibus potissimum
assentari solent homines) sine honoris ti-
tulo loqui, est piaculum. vt videas quan-
to velint ipsi se in suo regno maiores ha-
beri quàm Deum.

*Non esse credibilie improbos esse
eos quos literati persequun-
tur. Cap. XVII.*

E Textera quidem, in quibus eos cū
Scribis & Phariseis contulimus, ta-
tebantur etiam ipsi (nisi planè depudue-
runt) si non verbis, at certè animo & stridore dētium. Sed quod diximus eos esse
piorum persecutiones, hoc verò pernega-
bunt, dicentq; se non piorum, sed hæreti-
corum esse persecutores. Et hæc me cau-
sa potissimum impulit ad scribēdum, vt
ostēderē eorū hac in parte calūnias. Itaq;
totū hoc negociū accuratius perpēdam?
Principio cū sint ipsi Scribæ & Pharisei,
mundani (vt certè sunt: aut ego nescio
quid sit esse mūdānū) non est verisimile
mūdānos ab eis persecutione vexari. Nā
vt est in puerbio, lūpus lupinam nõ est.

Ioan. 15.

vt Christus loquitur. *Si de mundo essetis, mundus amaret sua: sed quia de mundo non estis, mundus vos odit.* Si de mundo essent qui vocantur hæretici, mundus eos amaret. Atque hoc ex eo maximè patet, quòd isti Scribæ & Pharisei à mundanis alioquin minimè abhorrent. Nam cum avaris, fœneratoribus, assentatoribus, scurris, superbis, immisericordibus, nimisquam familiariter versari solent: & licet in tales homines aliquando pro suggestu generaliter inuehantur (id enim tum facere necesse habent, cum sunt in cathedra Moïsis) at pruatim quidem cū nullis hominum plus habent commercij, nec ullos diligentius excusant, nec vllorum peccata magis sedulo regunt. ex quibus facile est videre, eos non odisse mundum Si enim odissent, primum in seipsis, deinde in familiaribus suis odissent. Neque quisquam mihi hic obijciat: tamen canes etiam in canes interdum seuire: sic fieri posse vt etiam impij in impios sæuiant. Sæuiunt canes in canes nō quia canes sunt, sed quia ipsis nocent. Sic sæuiunt, fateor, impij interdum in impios, non quia impij sunt, sed quia ipsorum avaritiæ, aut ambitioni, aut volupta-

luptatibus, aut vite officiunt. At vt impi-
 us in impium hoc ipso nomine quia sit
 impius, sauiat, hoc verò fieri non potest.
 Nam impietatem qui odit, is eam pri-
 mum in seipso odit. Itaque minimè om-
 nium credibile est, istos Scribas & Phari-
 sæos, ijs quos hæreticos appellant, hoc i-
 pso nomine infestos esse, quia illi sint
 impij. aliquam esse causam aliam oportet
 quamobrem id faciant. Id quod ex
 eo quod iam dicam, apertissimè perspicere
 potest. Fuerunt aliquando ab eis qui-
 dam alioquin inculpatae vitæ homines,
 hæreseos accusati, & eò tandem istorum
 improbitate perducti vt recantauerint.
 Iidem post recantationem euaserunt o-
 mnium hominum nequissimi atque per-
 ditissimi: actum quidem nemo eis mo-
 lestus fuit. Itaque interrogati cur nunc
 essent ita improbi, cum antea hæretici
 fuissent tam probi, ita responderunt:
 Probos nos isti ferre noluerunt, impro-
 bos facillè ferunt. Sunt hæc verissima, &
 isti hæc legentes (si fortè legent) facillè
 recordabuntur quibus locis & temporibus
 hæc acciderint, aut etiam quibus li-
 bris ab ipsismet literatis scriptū aliquot
 horum exemplum fuerit. Quæ cum ita

sint, videntur qui ab istis accusantur, nō ob improbitatem aut impietatem accusari. Quod vt facili⁹ perspicui possit; videamus cuiusmodi esse soleāt accusationes.

Conferuntur calumnie Scribarum & Phariseorum nostri temporis cum antiquis. Cap. XVIII.

DEmonstrauimus supra quib. calūnijs Christum onerauerint apud Pilatum Iudæi, quam quidē demonstrationem facile approbabūt oēs. Sed quid iuuat Iudæorū calūnias serō tādē videre atq; odisse, si nostro tēpore eadē fiunt, at ea detegere non licet? Patiantur homines sui tēporis calūnias adutilitatem suā detegi. alioquin superiorū seculorū peccata videre, nihil prodest. Cōferamus igitur istorū accusationes cum illorū accusatione, vt videamus quā sint hī illorū similes. Verum quoniā in hac collatione non solum accusatores nostros cū Iudæis, sed etiam reos cū Christo conferimus, illud prefari volo (vt istorum hac quoq; in parte calumias, si fieri potest, declinem) nō me de omnibus qui accusantur, verba facere. Scio multos multa peccare. Tādē de ijs loquor qui vitæ alioquin probæ;
aut

aut certè nihilo deterioris quàm sunt vel
 qui accusant, vel qui iudicant, nullius fa-
 cinoris rei aguntur; tantum de opinio-
 nibus religionis accusantur. Quæro igit̃
 quam via accusentur. Erat Iudæorum
 breuissima illa facilimaq; accusandi via.
Nisi esset hic maleficus, nunquam eum tibi loh. 10.
tradidissimus. Nostri equidem nō multo
 sunt æquiores. Vidi enim quosdam, qui
 cum rationibus & veritate factum magi-
 strorum nostrorū defendere nō possent,
 qui hominem quendam ob religionem;
 viuum cōburēdum curassent, postremo
 eo euaserunt vt dicerēt. Nisi fuisset mor-
 te dignus, nunquā eū ecclesię dānassent,
 & quidē de ijs ecclesijs loquebātur, quæ
 in alias ecclesias, quia illæ sibi nimis au-
 thoritatis vendicauerint, vulgo debaccha-
 ri soleāt. Hæc igitur esset proxima via. Et
 alioquin eorū discipuli, si quibus aut de
 aliquibus, quos sæpe pū quā viderūt, ma-
 le dicunt, & tū eos rogas, vnde sciāt hunc
 aut illū, de quo maledicāt esse talē, ita re-
 spondere solēt. *Qui nobis hoc dixerūt sunt*
virī boni, non hoc somniarunt. Vsq; adeo
 habetur hodie in vulgus per testimonia
 autoritas, neq; putant fieri posse, vt fal-
 sum testimoniū dicāt Scribæ, & Pharisei.

Sed quoniam Pilatus non ita facile hominem ab authoritate accusatorum vult damnare, videamus quænam soleant in iudicijs proferri crimina. *Hæc inuenimus peruerterentem gentem.* Hæc fuit accusatio Iudæorum. Quid nostri? Hic homo est hæreticus, putre membrum, ab ecclesiæ corpore refecandum, ne alios suis erroribus inficiat. Sed quid commisit? Horrenda. Quænam tandem? Estne homicida? an adulter? an fur? Non est. Quid ergo? Non credit in Christum, aut in sacras literas? Imo ita credit, ut mori malit, quàm non in fide sua perseuerare. Sed eas male intelligit, hoc est aliter intelligit quàm magistri nostri, qui vocatur ecclesia. hoc capitale, hoc flammis expiandum est. Sed illa criminatio longè est valentissima, si possunt tale aliquid dicere: Prohibet tributum solui Cæsari, etiam si planè contrà docueris, soluenda Cæsariana Cæsari, & diuina deo, hoc est magistratus officium esse iudicare de causis civilibus, prophetarum verò de diuinis. Si sic, inquam, docueris, clamabunt tolli à te magistratum, nec ullam defensionem audient. scientes nimirum hunc esse promptissimum hominis occidendi modum.

dum. cum tamen non ignoremus quantopere Iudæi isti Cæsares suos oderunt. sed tantum est odium, vt cuius potestatem suam tradere malint, quàm Christi iugum subire. Quid illud? Seditionem excitat in populo doctrina sua. seditionem enim interpretantur, si eos reprehendas, & aliquid aliter doceas quàm ipsi cū sint ipsimet seditiosissimi. Nam nisi ipsi potentes ad sanguinem effundendum irritarent, nunquam tot seditiones in populo existerent. Principes enim in suis voluptatibus demersi, facile in sua quæque religione viuere sinerent, dum modo ab omnibus tributa cum pace acciperent: quæ quidem soluunt nulli libentius aut fidelius, quàm qui vulgo hæretici vocantur. Quid illud: Nos legem habemus, secundum quam legem debet mori, quia filium dei se fecit? quomodo hoc imitantur mirabiliter. Iudæi enim nullam talem (quod sciam) legem habebant, nisi fortè ipsi fecerant, aut legem alicubi torquentes, sinistrè interpretabantur. Sic isti cum nullam legem habeant, quæ huiusmodi homines occidi iubeat, torquēt mirabiliter sacras literas, easque iuis odijs & inuidijs ferire cogunt: aut etiam

ipsi nouos (vt vocant) articulos fingunt, nouosq; catechismos & institutiones introducunt, quibus nisi credas, sis hæreticus, & porro occidendus. Tale est quod supra ex eorum libello illo adduxi, quem quia approbare noluit adolescens quidam, à cœna exclusus est, & pro ethnico iudicatus. Tale est & illud quod ediderunt nup libellum de Prædestinatione, in quo docent deum nolle vt omnes homines seruentur, sed quosdā nominatim ad æternas creasse pœnas. & hanc doctrinam vocāt in ipso statim libelli titulo, præcipua capita religionis Christianæ, vt si quis huic nō assentiatur is merito dānandus esse videatur, quod præcipuis Christianæ religionis capitibus refragetur. Ita tendunt vbiq; laqueos legum suarū, quib. eos capiant, quos legib. diuinis capere nō possunt. In quo quidē facilè ostendūt se esse illorū filios, qui cū Danielis vitā, vtpote inculpatā, criminari nō possent, legē excogitarunt qua eū caperent. Impetrarūt enim à rege vt ediceret, ne quis intra dies triginta qcquā ab vllō vel deo vel homine, nisi ab ipso rege, peteret, nō dubitātes videlicet quin Daniel esset contra legem illam facturus. Sic isti vel sacrarū literarū

in-

Dm. 6.

interpretatiōes, vel suas institutiones in
 troducunt, sanciendas q̄; curant, vt qui de
 inde cōtrā vel dixerit, vel fecerit, puniat̄.

O populi, vtinā vos hæc t̄ā p̄spicuē vide-
 tis, quam ego: vtq; vos graui tenebrarū
 seruitute facilē possetis liberari. Sed ne-
 scio qua sinistra mente sit, vt diligant te-
 nebras homines magis quā lucem quæ
 venit in mundum, quò sit vt nihil meli⁹
 pœna expectandum esse videatur.

Supereſt illa calumnia, Possum destruere
 templū dei, & triduo instaurare. Ea est in
 verbis immutatis. neq; enim ita dixerat
 Christus. Hodie quomodo isti aliorū di-
 cta aut facta peruertant, & in sinistrā par-
 tē accipiāt, longū esset referre. Si q̄s dicit
 magistratus officiū non esse iudicare de
 causis religionis, dicitur eum tollere ma-
 gistratū. Si dicit, hominē posse per Chri-
 ſtum obedire legi dei, dicant eum tribu-
 ere salutem suis operibus, & Christi be-
 neficium negare. Si in alicuius cōciona-
 toris mores aut flagitia loquaris, dicēt te
 maledixisse de officio cōcionādi, & in sa-
 crā Sionē cū Senacheribo, inuectū esse.
 Si hominē aliquē, qui vel errat, vel errare
 videatur, neges esse aut fuisse p̄sequendū
 aut occidēdum, dicēt te eius esse sociū &

gregalem, & hæreticorum assecclam. Denique tanta est apud istos calumniandi quotidiana licentia, ut nihil tam prudenter dici fieriue possit, quod non calumnientur, si hominem oderunt: rursumque tam impudens assentandi consuetudo, ut nihil tam malè dici fieriue possit: quin id excusent, si homini fauent, etiam si ille viuum hominem combusserit. Et hætenus quidem eos contulimus cū scribis & Phariseis antiquis. Nūc quoniam proficiunt in vtramq; partem, & ad perfectionem tendunt secula, hoc est, quoniam quemadmodum iusti fiunt iustiores, sic & iniusti fiunt iniustiores, consideremus, ecqua in re nostri superant antiquos.

Quibus in rebus Scribæ & Pharisei nostri seculi deteriores sint antiquis. Cap. XLX.

Illi quamuis in eos acerrimè inuehatur Christus, & toties illud, Væ vobis Scribæ & Pharisei simulatores, & auari, & ambitiosi, publicè vociferaretur, tamen eum circiter tres annos & dimidi-

diū, adhærente ei magna hominum
 multitudine, publicè docere passi sunt.
 At hi, si quis non dicam in eos inuehi-
 tur, sed omnino si quis ab eorum inter-
 pretationibus & institutis aut ceremo-
 nijs dissentit, is eodem die aut eadem (si
 fieri potest) qua primum visus est hora,
 in vincula rapitur. deinde ex vinculis ita
 disputat & causam dicit, ut nisi contra a-
 nimi sui sententiam illorum dictis assen-
 tiri, hoc est nisi mentiri velit, ei vel pere-
 undum sit, vel si qui aut minus inclemē-
 tes (neque enim est omnium par crude-
 litas) aut minus potentes sint, in exili-
 um certè abeundum, aut aliqua omni-
 no pœna subeunda sit. Loqui quidem ei
 per istos in perpetuum non licet. Illi res
 Christo tamen loqui permiserant. Isti
 reis sepe linguas (ne populus loquentes
 audiat) præcidunt, aut oribus diductis
 bacillo, loquendi facultatem adimunt,
 aut importunè magno quæ strepitu occla-
 mantes, eorum verba obruunt. Alij qui
 se sanctiores esse volunt, & tantam ini-
 quitatem in alijs reprehendunt, tamen
 eadem, sed alio quodam modo, faciunt.
 Imprimunt enim famosos calumnijs-
 quæ refertos libros aduersus eos, quos i-

psi toto orbe reos faciunt, deinde per magistratum (hoc enim habent validissimū brachium) efficiunt vt typographis reorū responsiones excudere non liceat. aut si fortè tamen furtim alicunde prodierūt, comburendas curant, & omnes qui illas velvendant vel emunt, hostium numero habent. Discipulosque olim suos diligenter monent ne cum ijs, quos ipsi pro hæreticis habent, commercium habere neue colloqui (nisi fortè inimicè & iurgando) audeant. Sciunt enim, si colloquantur, futurum esse, vt pateant calumniæ. Hinc fit vt quos ipsi denigrant, hi toto orbe infames sint, duratura hac infamia quandiu regnabit iniustitia. Neq; enim tantum iudicij habent populi, vt suspicari possint eos esse calumniatores, qui sunt gubernatores mandī. Eam iniquitatem putant esse præteritorum seculorū, aut certè peregrinarum gentium, se que ab ea immunos esse.

Illi sæpè Christi dictis ita cōpescabantur, vt contrā ne mutire quidē auderēt, cuiusmodi fuerunt illa: *Soluite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Item, *Innocentissimus vestrū iaciat primus lapidē.* At hi ita sunt pertinaces, vt crepare quam
vinci

vinci malint. ita rursus versuti & versipelles, vt nihil tam apertè tam munitum rationibus dici possit, quin id aliqua distinctione eludât, adeo vt etiam si aliqd tam certò scias quam digitos vnguesq; tuos, tamen nisi sis aduersus huiusmodi lubricitates bene exercitatus, aliquando in dubitationem adducaris: aut si firmus in veritate persistas, eos tamen refellere nequeas. Nec mirũ est. Didicerunt enim artè quandã differendi, quam ipsi vocant Dialecticã. hanc esse tradũt artè differendĩ probabiliter in vtrãq; partem, de qua uis re pposita: hoc est veritatem vel defendẽdĩ vel oppugnandĩ. In hac arte sese à tenebris exercet in scholis suis. Deinde vbi ad obeunda munia, aut ad docendos de eũgelio populos ventũ est, eã partẽ arte illa tuentur cui fauẽt. quẽadmodũ miles in armis exercitatus ab eo principe stat cui fauet, aut à quo maiora præmia consequitur. Quod si fortè fauent iniustitiæ, hoc est si sunt iniusti (& quota pars iniusta non est?) iniustitiam mendaciũq; illa arte tuentur, idq; sub specie & nomine iustitiæ atq; veritatis, alioquin nõ disputarent probabiliter aduersum veritatem, & tamẽ facere docet ars eorũ. O Babylo,

O Aegypte, vtinam tuorum magorum
præstigias maturè detegi patiaris. O veri-
tatis pater Deus, vtinam mittas, & cito
mittas Moſem, aut Danieleſem, aut Iose-
phum aliquem, qui planum faciat quan-
to ſuperet homo ſimiam, quantoque ve-
ra miracula ſint potiora falſis.

*Admonitio ad mundum, in qua mundi
in rebus diuinis cæcitas demon-
ſtratur. Cap. XX.*

HAec ſunt quæ de ſapiētibus huius
ſeculi, qui ſunt calumniatorum fa-
cilè principes, ideoque homines prop-
ter religionem (quæ bonorum princeps
eſt atque parens) calumniantur, in præ-
ſentia dicere viſum eſt, vt homines, ſi fie-
ri poteſt, animaduërſa hac eorum natu-
ra, deſinant deinceps ad iſtorum ſapien-
tium libidinem fundere non funden-
dum ſanguinem. Poſſem multorum hu-
ius generis ſapientum calumnias & fla-
gitia, additis & locorum, & temporum,
& hominum nominibus, ſingillatim re-
cenſere, quæ ſi noſſent homines, nun-
quam ſe (niſi planè ſcientes perire vel-
lent)

lent) eorum ductu agi paterentur. Sed hæc in vniuersum generatim dixisse mihi in præsentia satis erit. Vainam ita generaliter admoniti, sic se corrigant, vt nūquam sit quisquam nominandus. Super est vt vos, o principes, & magistratus, & populi, admoneam (si modo vos de rebus ad salutem vestram pertinentibus admoneri sustinetis) quodnam vestrum sit hac in re officium. Non ego hic vos cohortor vt sapientes istos persequamini, facerem enim contra Christianam charitatem, quæ iubet reddere bonum pro malo, tantum peto ne eorum arbitrio sanguinem fundatis hominum non facinorosorum. Neque item suadeo vt à facinorosorum pœnis abstineatis, cuiusmodi sunt latrones, homicidæ, adulteri, proditores, falsi testes, de quibus vos facile iudicare potestis, & de quibus sectæ omnes, populi omnes, secula omnia (tanta aperta est, tantasque vires habet in hisce rebus veritas) hactenus semper idem iudicium tulerunt, eosque ritè puniuerunt, neque in hoc iudicio errarunt. Neque item de omnibus literatis locutus sum. Docet enim & experientia, & Paulus, non esse multos sapientes, non mul-

tos nobiles, nō multos diuites, qui Christi doctrinam vel docuerint vel admiserint: sed stultissima mūdi eligit deus, inquit, vt sapientes cōfunderet. Dum dicit non esse multos, fatetur esse nonnullos, sed tamen raros. Hic ego (quod iam antē feci) non teneo me quin vos vestræ cecitatis admoneam. Creditis in Christum. hoc enim iactatis. De Christo vobis sic

Matth. 17.

Luc. 10.

præcepit Pater Deus: Hic est filius meus dilectus, hunc audite. Atqui idem Christus ipse spiritu exultabundus suo ore sic loquitur: Ago tibi gratias, pater cali terræque domine, quod hæc caelesti sapientes & peritos, & patefecisti paruulis. Auditis hæc, o homines? quod si auditis, & si in Dei filium creditis, cur à sapientibus & doctis, rerum diuinarum scientiam petitis, non a paruulis & humilibus? quæ est ista cæcitas, qui veternus, tam aperte veritati non credere? Enimvero video quid sit, tempus est tenebrarum: locum habet Baalis sacerdotes, Aegyptijq; & Babylo-nij magi, & habeât necesse est. Nisi enim haberent, & Elias ante ipsos ignē charitatis de cœlo deuocaret, iactarent fortasse postea sese idē potuisse, si ipsis fuisset locus datus. Nūc postquā ipsi omnia con-
ti.

ti, & omnia à populis & Iefabele præfidia
 & in super tempus non tantum ad meri-
 diem, sed ad vespèram vsq; consecuti, ta-
 men nihil efficere potuerint, nihil habe-
 bunt excusationis, & Elias tandem locū
 habebit. Vos nunc quidem à solis doctis
 veritatem petitis, hos solos scire res diui-
 nas, ipsorū doctrina decepti, putatis, neq;
 reclamantē Christum auditis, quasi vel
 Christus vera nō dicat, vel Deus naturā
 suā mutauerit, vt humanā sapientiā (quæ
 stultitia est apud Deū) olim aspernatus,
 nūc tantopere amplexetur atq; extollat,
 vt solis doctis veritatē patefaciat. Sed tē-
 pus erit, & breui erit, cū vobis nō plus e-
 rit in istis doctis præsidij, quam olim vel
 Pharaoni, vel Nabucodonosori, aut Balsa-
 sari fuit in suis magis, tandemq; ad eos,
 quos nunc nō solū nihili facitis verū etiā
 occiditis, recurrere cogimini, & discere
 qd sit illud, Ex ore infantū, & lactantium
 patraſti fortia facinora. Et mirum est ni-
 si hæc iam animaduertere incipitis. Nā
 sapientes istos perspicuum est vsq; adeo
 nihil efficere, vt ne consentire quidem in
 ter sese possint, nō magis quam Madiani-
 tæ. Cæterum quoniam dixi duo esse ge-
 nera sapientiū, si nosse vultis eos in quos

*Quomodo
 dignosci
 possit, in
 quos nam
 dictos in-
 uehatur
 author.*

ego inuehor ad salutem vestram, hi sunt qui eas iniquitates exercent, quas ego recensui. his notis eos nosse poteritis: & maximè ex eo quod cum primum viderint hunc libellum, in eum ita furient, vt nunquam furiosiores fuerint aduersus Paulum Iudæi illi, qui se deuouerūt si cibum caperent, quin prius Paulum occidissent. Quòd si negant se esse tales, taceant, & huic libello dent locum, eum què ad se nihil pertinere arbitrentur. est enim aduersum malos pro ignarorum salute scriptus, non aduersum bonos. Sin hunc libellum ferre nolent, facillè ostendent se tales esse, in quales scriptus est hic libellus. Qui enim iniustos ad aliorum salutem detegi non vult, is intus torum cognatum se esse testatur.

Igitur si salui esse vultis, nolite credere huius mundi sapientibus. nam certè infatuauit deus sapientiam huius mudi. sed ita rem perpendite. Sapientes huius mundi semper veritati restiterunt, idque propter suam & seculi approbantis & tuentis iniustitiam. Atqui seculum est nunc omnium iniustissimum, & illi sapientes iniustissimi. quod si sunt, manent causæ cur velint aduersari veritati, vide-

videlicet auaritia, ambitio, voluptatis amor. & si manent causæ, manent effecta, videlicet persecutio. & effecta nos videmus: persequuntur enim non flagitiosos, sed in opinionibus ab ipsis dissidentes: vos quoque nihilo estis iustiores antiquis, sed potius iniustiores, proficiente in deterius seculo, quo fit vt de causis religionis iudicare non possitis: carnalis enim (vt docet Paulus, & experientia loquitur) de rebus spiritualibus iudicare non potest. Accedit eò quod qui accusantur, sunt & Scribis & Phariseis accusatoribus suis, & vobis damnatoribus plerumque meliores. Plerumque propterea dico, quòd scio non omnes qui accusantur, esse pios. Sunt enim quidam qui verbis Christum profitentes, factis negant. Sed ne illi quidem propter facinora sua, sed duntaxat propter opiniones occiduntur, id quod iniustum & calumniæ opus est. Reliqui testimonio sæpe vestro, non nunquam etiam ipsorum doctorum, viuunt inculpate. Itaque quoniam eorum vitam reprehendere nequeunt, inuexerunt nuper hanc opinionem, vt negent vitam spectandam, sed doctrinam. Vident enim si vita spectetur, futurum esse

I. Cor. 2.

*Ex vita in
dicandum
est de do-
ctrina.*

ut ipsi ijs quos acculant, iniustiores cōpe-
rientur. Ita tutius esse putant accusare do-
ctrinam, cuius ipsi cū clauēs habeant, fa-
cile eos opprimere possunt, qui p̄ ipso-
rum latam portam intrare nolunt. At vos noli-
te decipi, qui iusta facit, iustus est, qualis
est fructus, talē esse arborē credite. neq;
enim ferunt cardui vuas : neq; mala do-
ctrina bonam vitam parit, neq; bona vita
à mala doctrina proficiscitur. Etiāsi alicu-
bi erretur (quis aut non errat? an putatis
vos errorib. carere?) at illa certē doctrinæ
pars quæ bonos piosq; mores parit, sana
est, quæ sanos faciat. Quæ si quis negat,
is se affinem esse profitetur ijs, qui Chri-
sti miracula tribuebāt Beelzebuli, quasi
Satanas Satanā, quasi mala doctrina ma-
los mores eiiciat. Non potest arbor mala
ferre fructus bonos : ipsorum literatorū
doctrinam credibilius est esse malā, cum
eam malos mores faciat. sunt enim ipsimet
mali. Neq; enim semper sedent in cathe-
dra Moysis, sed nobis sæpe commēta som-
niaq; sua pro oraculis ostendūt, id quod
vel ex eo cuius patere potest, q̄ tot sunt
eorum opiniones, ut ad eas numerandas
opus sit bono arithmetico, quarū tamen
multitudo quotidie ita auget, ut in cha-

os illud antiqui euasuræ sint, omnibus ita confusis & implicatis, vt igni potius diuino cōburēdæ, sicuti quædam intricatæ stuppæ, quam explicandæ videantur.

Prædixit Christus fore, vt oēs qui eius *Ioh. 16.* discipulos occident, arbitrentur sese cultum præstare Deo. Vos illos, nullius facinoris conuictos, sed Christi nomē in medijs etiam flammis inuocantes occiditis, & putatis vos cultum præstare Deo?

Prædixit Paulus omnes qui in Christo *2. Tim. 3.* Iesu piè viuere volēt, persecutionem esse passuros. Vos persecutionē ob Christi nomen non patimini, nec item vestri Scribæ & Pharisei, ex quo perspicuum sit, vos non viuere piè in Christo Iesu. At ij quos vos occiditis, persecutionem ob Christi nomen patiuntur, in quo certè propius ad Christum accedunt quàm vos. Si enim vellent illi viuere more vestro, nemo eos, non magis quam vos, persequeretur.

Postremò si ij quos vos ob religionē interficitis, Christiani non sunt, aut certè eorū nonnulli, quæso vos vbinā sunt Christiani? Cū enim omnes qui in Christo Iesu piè viuere volent, persecutionem passuri sint, & vos non patiamini, si illi qui

Luc. 13.

vobis patiuntur, Christiani nō sunt, nulli sunt, præsertim cum dixerit Iesus, non licere ullum prophetam perire extra Ierosolymam, & vos sitis Ierosolyma, hoc est ecclesia, vestro quidem iudicio. Caute igitur ne sitis illa Ierosolyma quæ occidit prophetas. Nam nullæ gentes (exceptis vobis qui estis nominis Christiani) occidunt homines ob Christi nomē.

*Refelluntur Scribæ & Pharisei,
qui legem Moſis perperam,
citant de occidendis hæ-
reticis. Ca. XXI.*

Scto multa à scribis & Phariseis contra hæc dici solere, Dicunt eos, quos ipsi accusant, esse hæreticos: quid ni dicant? Et Iudæi dicebant, Christum esse blasphemum, & Samaritanum, & dæmoniacum, & impostorem. Quicunque enim alios ob religionem persequuntur, eos infami aliquo nomine denigrant, quoniam angelus Satanz transformat se in angelum lucis, suisque tenebris angelo lucis obstruit, ut bonum malum, & malum bonum esse videatur. Sed fingamus.

mus esse hæreticos, ne sic quidem sunt occidendi. Adducunt illi quidem multa ex lege, ineptè, & nihil ad rem pertinentia, ex quibus vnum est quod maximè decipit homines, ideoque à nobis mox refelletur, si prius hoc in vniuersum dixerimus, eos iniuste facere, qui Christianos secundum legem Moſis viuere voluit. Hac enim ratione nos oportet circuncidi (qui primus in legem Moſis ingreſſus est) & toti legi obedire, reiecto Christo, qui nos à iugo legis liberauit. Nunc illi reliquis tot legibus & institutis omiſſis, vnā legem quasi de occidendis hæreticis citant, & eam falso. Non enim de hæreticis, sed de falsis prophetis scripta est. Ea autem in quinto libro Moſis sic habet. *Si quis apud vos aut vates, aut somniator extiterit, qui vobis signum aliquod aut prodigium edat, idque signum aut prodigium vobis ab illo prædictum euenerit, & tamen idem vos cohortetur ad deos alienos, vobisque ignotos, sequendos colendosque, nolite illius aut vatis orationi, aut somniatoris obtemperare somnio, sed illum occidite.* Hæc illi citant ex Moſe ad occidēdos hæreticos, in quo ineptè faciunt. Nam qui pro hæreticis ab illis habentur, non sunt

Deut. 13.

vates, neque somniatores, neque signa
aut prodigia edunt quæ eueniant, neque
ad peregrinorum deorum cultum homi-
nes adhortantur, itaq; in eos lex illa nul-
la ex parte quadrat, ex quo perspicuum
fit quam nihil rationis habeant isti accu-
satores, qui tam aliena lege niri velint: &
quàm calumniosi sint & maliciosi, qui le-
gem ita torqueant. Quid quod quò vos
facilius decipiant, non totam legem, sed
legis partem citant? Sic enim scriptum
est in eodem illo capite. Si audieritis in
aliquo vestrorum oppidorum, quæ vobis le-
ua Deus vester ad habitandum dederit, exta-
re aliquos ex vobis perditos homines, qui su-
os incitent ciues ad colendum deos alienos,
& vobis ignotos, inquirite, perscrutamini
sciscitamini diligenter. Quod si rem veram
atque certam, et scelus apud vos commissum
deprehenderitis, illius oppidi habitatores fer-
ro trucidatote, & oppidum & oppidana om-
nia, ipsa quæ adeo pecora, ferro corrumpitote
omni quæ præda in medium eius forum con-
gesta, oppidum vnà cum vniuersa eius præ-
da Iouæ deo vestro prorsum comburitote, id-
que sempiternum, nec vnquam instauran-
dum rudus esto, neque quicquam de illa de-
nota præda manibus vestris inhereto. Hæc
Mo-